



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

VI. De castitate, & virginitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

malum parato grauius committere verum habet, si confusulas minus malum qua formaliter minus est, hoc est si confusulas diminuet malum conceptum, ne integrè, & in totum committatur, nam eo casu confusulas rem honestam, scilicet à grauiori malo desistentiam. Secus verò si confusulas directè fieri id quod in se malum est, est comparatione alterius grauioris leuius sit, quia est consilium de re iniqua, ac proinde iniquum, vt latius probauit *tract. 6. dist. vlt. de scandalo*. Hic occurrebatur disputandum, An vendere vinum inebriaturis possit? Item, An peccata commissa in ebrietate ebrio imputentur ad culpam, & penam prædictis delictis annexam contrahat? Sed primæ difficultati satisfacimus *dicta dist. de scandalo punct. 14. Secundæ. 17. de peccatis dist. 1. punct. 3.*

P V N C T V M V I.  
De Castitate, & Virginitate.

- 1 Declaratur natura Castitatis, & Virginitatis.
- 2 Qualiter Virginitas amittitur?
- 3 Qua femina Consecrationis velum accipere possit quod virginitatis conceditur?
- 4 Communis sententia affirmat occultè violatam, inter virgines velari, & consecrari posse.

**C**astitas, vt colligitur ex his quæ diximus. *punct. 1. huius dist. affectum, & vsu venenis moderatur, quæ si perfecta sit hunc affectum, & vsu sine illicitum, siue licitum in coniugio peius excludit. Si vero sit minus perfecta exclusio illicitum licitum admittit. Vocatur autem pudicitia, quia auocat mentem, & corpus ab omni eo quod pudorem causat. Etenim cum non solum coniunctio, sed coniunctionis signa, oscula, amplexus, & tactus impudici pudorem excitent, castitas hæc omnia remouens, & excludens pudicitia nuncupatur. Virginitas vero castitati perfectæ solum corporis integritatem addit, integritatem inquam voluntariam; nam integritas à natura concessa, quæque nobis repugnantibus tolli potest ad Virginitatem, vt virtus est per se non pertinet, sed per accidens. Vt docuit D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 1. quia ob illam integritatem nec laude, nec vituperio digni sumus. Si verò eam integritatem voluntarie ampicteamur, velimusque in perpetuum consecrari Virginitatem consequemur: eaque de causa S. August. *lib. de sancta Virginitate. cap. 13.* definiens Virginitatem inquit. *Virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, id est voluntas continua periculorum meditatione indigens vitandi in perpetuum, omne mentis libidinosum contagium, & corporis corruptionem.**

Hinc fit Virginitatem quæ virtus est abique voluntate amitti non posse quantumvis stupretur. Vt rectè docuit August. *lib. de ciuit. Dei. cap. 18.* Neque enim sine voluntate amitti potest quod sola voluntate conseruatur, tametsi secundum statum, & in communi hominum æstimatione amittatur. An autem hæc virgo per vim stuprata possit velum consecrationis accipere? Negat communior sententia D. Thom. in 4. d. 38. q. 1. ar. 5. ad 4. Paludan. *ibi q. 5. ar. 3.* Syluest. *verb. consecratio virginum. q. 1. & ibi. Armilla. Nauarr. lib. 3. consilior. tit. de regularib. conf. 4. alias conf. 2. de statu Monachor. Layman. lib. 3. sum. sect. 4. n. 8.* Mouetur ex cap. si quis non. 15. q. 2. cui consonant Textus *cap. illa, cap. de pudicitia.* vbi virgo per vim oppressa est virginitatem coram Deo non amittat, lege tamen quasi corrupta repudiatur. Cæterum satis probabile est prædictam virginem consecrari posse. Vt docuit Lessius. *lib. 4. cap. 2. dub. 16. n. 115.* ductus auctoritate August. *lib. 1. de ciuit. Dei. cap. 18.* comparantis hanc corruptionem cum illa quam obstrinxit ex iusto causa, manu velut explorans casu perdidit, ob quam à velo consecrationis virgo exclusa non est. Quapropter prædicti Textus nullam rigorosam obligationem indicunt excludendi à consecratione sic violatam, sed consulant quasi corruptam repudiari, vt humilitatem, & veuercundiam exerceat. Vt satis indicant verba Leonis 1. relata in *cap. illa autem 32. quest. 5.*

Amittitur autem virginitas quoad Deum tum corporis libidinosæ corruptione, tum voluntate illius, quia hæc castitati perfectè opponuntur, cuius munus est primo, & per se affectum ad venenum coercere, & secundario corporis motus inordinatos comprimere. Ob quam rationem vacans osculis, amplexibus, & tactibus impudicis virgo esse non potest, cum non sit castus, & pudicus, sed potius impudicus, & inhonestus. Quod à fortiori procedit si se polluat, vel fornicationem committat. Est autem maximum discrimen inter hos modos amittendi virginitatem: nam virginitas omissa per fornicationem, quinimo per conjugalem coitum nunquam reparari potest non solum quoad homines, sed neque quoad Deum, vt sic delinquens honoretur laureolâ virginitatis designatâ. Vt rectè aduertit

Hieronym. *epist. 22. ad Eustoch. de custodia virginis. cap. 2. Basil. lib. de vera virginitate. S. Thom. 2. 2. q. 152. art. 3. ad 3. Maior. in 4. d. 30. q. 2. Syluest. verbo Virginitas n. 3. Valen. dist. 9. q. 1. punct. 2. col. 2. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 16. n. 116. Layman. lib. 3. sum. sect. 4. n. 7.* Quia reparari nequit negatio omnimoda carnalis voluptatis veneræ, postquam ea voluntas liberè admissa est. At Virginitas solum voluntate amissa corporis integritate, seruatâ penitentia quoad Deum reparatur, cum Deus premium Virginitatis omnibus illis qui integritatem corporis voluntate non violauerunt, concedat. Quoad homines verò reparatio non indiget, cum non censeatur amissa. Quippe homines carnes incorruptas, & illætas virgines iudicant, vt tradit S. Th. in 4. dist. 33. q. 3. art. 1. Syluest. verbo Virginitas q. 2. Caietan. verb. Virginitas consecratio.

Solum de pollutione, & de tactibus impudicis aliqui dubitant, An recuperabiliter virginitatis amissionem inducant? Et quidem quoad Deum omnino certum exitum pollutione in somnis contingente, cui voluntariam castitatem dedisti sine spe recuperationis amitti, quia eo actu, vtpe luxuria præcipuo non solum animus, sed corpus frigidat, ac proinde computari non potest inter eos qui corpus perui, & ab omni sedate tenentur conseruati. Sic D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 1. ad 4. Caiet. *ibidem ad 3. & 9. 154. art. 6. in fine & ad 3. Sotus dist. 49. q. 1. art. 1. Col. 4. Syluest. verb. Virginitas, Saa eodem num. 1. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. n. 119. Layman. lib. 3. sum. sect. 4. n. 8.* Ob eandem rationem existimo te Virginitatem irreuerabiliter amittere turpibus tactibus ex se pollutionem excitantibus, tametsi ex aliquo accidente non exciteretur, quia ipsis, corporis integritas, & puritas grauior læditur. Quoad homines verò, censeo integritatem carnis in feminis non amitti, tactibus impudicis, nec spermatis liberâ effusione, sed sola violatione claustris, quia dum hoc in egrum, & illæsum perferunt, etiam si aliunde femina fixata sit non virtute, sed stultitia virgo nuncupatur. Sicuti tradit Lessius, & Layman. *locis allegatis.* Viii autem & pollutione, & tactibus impudicis Virginitatem carnis deperdunt, cum eorum integritas in sola abstinentia huius carnalis delectationis consistat. Tametsi Caiet. 2. 2. q. 152. art. 1. in fine. Iacobus de Grassis *lib. de eis. cap. 88. n. 7.* Filliuc. *2. 2. q. 7. n. 21.* Censeat sola emissio feminis amitti.

Ex his inferitur quæ femina consecrationis velum accipere possit, quod virginitatis conceditur, iuxta *cap. virginis cap. de nouis cap. placuit. 20. quest. 1.* Et dicendum est solas eas feminas exclusas esse quæ integritatem claustris voluntarie fornicatione, vel conjugali copulâ violata, quia reliquæ omnes communi vulgo, & æstimatione virgines reputantur. Sic docuit Caiet. in *sum. verbo consecratio & ibi. Fumus n. 3.* Armilla *num. 3.* Syluest. *consecratio virginum num. 3.* Saa. *verbo consecratio num. 6.* Lessius *dub. 6. n. 120.* Paul. Layman. *lib. 3. sum. sect. 4. num. 8. concl. 2.*

Gravior dubitatio est, An occultè violata inter virgines velari, & consecrari possit? Communis sententia negat quam docuit S. Thom. in 4. d. 38. q. 1. ad 5. & ibi Paludan. q. 5. art. 3. concl. 7. Syluest. *verb. consecratio virginum q. 1. Caiet. verbo virginum consecratio Nauarr. c. 16. n. 3. Saa. verbo consecratio. n. 6. Lessius lib. 4. c. 2. dub. 6. n. 117.* Paul. Layman. *lib. 3. sum. sect. 4. n. 9.* Ducuntur, quia grauis deordinatio est, consecrationem virginum corruptæ aptari, cum proceres, & orationes quæ ibi proferuntur nullatenus corruptæ conueniant, & consecrationis significatio omnino deficiat, idcirco prædicta femina sub graui culpa obligata est à velo consecrationis abstinere, & Episcopus ei illud denegare. Quod si absque graui nota & scandalo id fieri non possit, probabile est posse Episcopum præstare hanc consecrationem, & feminam illam recipere, quia cum tota consecratione, & orationum quæ ibi interueniunt significatio ex Ecclesiæ institutione pendat, verisimile est volente Ecclesiæ in casu ita virgenti eam extendere ad virginem communi hominum æstimatione reputatam, tametsi in te virgo non sit. Vt docuerunt Syluest. *verbo consecratio virginum n. 2.* Eman Saa. *verbo consecratio n. 6.* Nauarr. *lib. 3. consilior. tit. de regularib. conf. 4. alias tit. de statu Monachor. conf. 2.* Henric. *lib. 10. c. 24. lit. M.* Layman. & Lessius *locis allegatis.* Præterquam quod non videtur improbabile feminas, quarum violatio secreta est, velari & consecrari posse, sicuti si re ipsa virgines essent, quia fat est quod communi æstimatione virgines sint. Vt docent alij apud Syluest. & Saa *locis citatis* quibus fauent Sotus in 4. dist. 19. ar. 5. in fine. Henric. *lib. 10. cap. 24. lit. M.* Sotus præf. c. 4. de relig. *art. 9. lib. 1. cap. 11. n. 8.* Filliuc. *2. 2. q. 10. n. 25.*

